

cada uno nuestro angel custodio, seria un error de parte de la Iglesia el hacernos honrar con una fiesta y con practicas piadosas, así cómo dirigirles ella misma oraciones y hacerselas tambien dirigir por nosotros. Pero la Iglesia no puede engañarse ni engañarnos en sus enseñanzas. Es, por consiguiente, absolutamente cierto, que cada uno de nosotros tiene su angel custodio.

Conclusion. — Así, ninguna verdad está mejor probada, ni más solidamente establecida que esta. Tiene en su favor la Escritura Santa, la tradición católica, la misma sabiduría pagana, la razón, la historia y la Iglesia. Unámonos, pues, á ella del fondo de nuestros corazones. Agradecemos á Dios el habernos dado angeles custodios, y que este gran beneficio de su misericordia nos excite á trabajar con una grande confianza en nuestra salvacion, sabiendo que tenemos, para ayudarnos á combatir nuestras pasiones y para vencer al demonio, un protector lleno de cuidado, ilustrado y poderoso. Acordémosnos, por otra parte, sin cesar de la presencia de este amigo afectuoso á nuestro lado, y no olvidémos el invocar su asistencia y sus luces todas la veces que tengámos alguna duda que aclarar, alguna tentación que rechazar, ó que nos encontrémos en algun peligro. Es precisamente para asistirnos y protegernos que nos há sido dado. Es, por consiguiente, un deber el recurrir á él, cómo lo es uno para él el de socorrernos. Empleémos con una tranquila seguridad de este poderoso medio de salvacion, porque es uno de los que pueden más eficazmente hacernos llegar al cielo¹. Así séa.

1. Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? qui nobis angelos dedit tam prudentes, ut regant; tam amicos, ut custodiant; tam constantes, ut nullum unquam deserant a die nativitatís: tam pios, ut consolentur etiam patientes in piacularibus flammis; tam intrepidos, ut etiam inter se pugnent amore clientium, « discordia rerum, non voluntatum », quatenus orant pro hominibus contraria quandoque petentibus, vel merentibus (ut exponit D. Thomas, q. 113, a. 8). quos protegere, quibusque prodesse volunt; tam demum fideles, ut postquam portarunt nos in manibus suis, ne forte offendamus ad lapi-

FIESTA DE LOS SANTOS ANGELES CUSTODIOS

SECUNDA INSTRUCCION

De los servicios espirituales que nos presta nuestro Angel Custodio.

I. Nos ilumina y nos excita al bien. — II. Ofrece á Dios nuestras buenas obras. — III. Nos defiende contra el demonio. — IV. Se hace nuestro abogado cerca de Dios. — V. Nos asiste hasta en el purgatorio.

Porqué la Iglesia nos hace celebrar una fiesta particular á los Santos Angeles custodios? La razón principal de la institucion de

dem pedem nostrum, deferunt animam in sinum Abrahæ, ut Veritas de mendico ulceroso testata est. Hæc cum ita sint, concludamus cum Bern. serm. 12, ubi expendens illud: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, ait: « Quantum tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam pro præsentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia. Adsunt, igitur, et adsunt tibi, non modo tecum, sed etiam pro te. Adsunt, ut protegant, adsunt ut prosint. Simus ergo devoti, simus grati tantis custodibus: redamemus eos, honoremus eos quantum possumus, quantum debemus. Totus tamen ei reddatur et amor, et honor noster, a quo tam ipsis, quam nobis est totum unde amari, honorarive meremur. In ipso affectuose diligamus angelos ejus, tanquam futuros aliquando cohæredes nostros; interim vero actores et tutores a Patre positos, et præpositos nobis. Quid sub tantis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci, minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus viis nostris. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt. Quid trepidamus? tantum sequamur eos, adhæreamus eis, et in protectione Dei cæli commoremur. Quam facile transit, qui illis portatur manibus! quam suaviter (juxta vulgare proverbium) natat, cujus alter sustinet mentum! Habetote familiares angelos, fratres mei, frequentate eos sedula cogitatione, et devota oratione, qui vobis semper adsunt ad custodiam, et consolationem. » (CONTENSON, loc. cit.).

este fiesta es que los angeles custodios, cómo su nombre lo indica, son nuestros protectores y nuestros bienhechores; y porque es justo que un protegido celebre la fiesta de su bienhechor, todos nosotros que somos los protegidos de los angeles custodios, debemos celebrar una fiesta en honor de estos espíritus bienaventurados, que son nuestros protectores tan celosos cómo desinteresados.

Pero qué conviene hacer, en el día de la fiesta de un bienhechor, para honrarle dignamente? Lo mejor sin duda es recordar sus beneficios y hablar de ellos. Es lo que se hace en el mundo entre las gentes prudentes y delicadas; y porque esta costumbre es perfectamente conveniente, la seguiremos para honrar á nuestros angeles custodios. Y los principales servicios que nos hacen nuestros angeles custodios son los siguientes: primeramente, nos ilustran y nos excitan al bien; en segundo lugar, ofrecen á Dios nuestras buenas obras; en tercer lugar, nos defienden contra los demonios; en cuarto lugar, son nuestros abogados cerca de Dios; en quinto lugar, nos asisten, principalmente, en la hora de nuestra muerte, y hasta en el purgatorio. Vámos, pues, á ocuparnos successivamente de cada uno de esto beneficios¹.

1. Angelus custodit clientem intransentem, transeuntem, et exeuntem e mundo. *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Ps. xc, 11. Quod magister est discipulo, quod medicus ægro, quod ductor viatori, quod scutum militi, quod umbraculum contra æstum solis: id omne, et multo plus est angelus custos clienti. Expertus est juvenis Tobias, quem angelus, Raphael fidelissime comitatus est in itinere. Verum non jam Tobia, sed nobis ipsis gratulemur hodie, quia de me, de te, de nobis omnibus Deus mandavit angelis, ut custodiant nos in omnibus viis nostris, quod certe mandatum angeli obedientissime exequuntur. Sed quænam sunt illæ viæ, in quibus angeli clientem custodiunt? Respondet S. Hieronymus: Via hominis triplex est, in mundum, per mundum et ex mundo. Videamus obsequia, quæ tripliciter nobis præstat angelus. 1º *In mundum* intrat homo per nativitatem, ubi certum est, quod angelus, ad mandatum Domini, solícite curam gerat de pa-

I. — *Nuestros angeles custodios nos ilustran y nos excitan al bien.* — Lo que Nuestro Señor há venido á hacer por todos los

rente, ne partus, antequam lucem aspiciat, in utero matris per infortunium, quod sæpe fieri solet, suffocetur, et pereat. Deinde ipsa nativitatis die certum est quod angelus mox infantem in suam tutelam recipiat, ne ab insidiente diabolo, qui jam tum neo-nato nomini cœlum, e quo ipse expulsus est, invidet, ante Baptismum juguletur. Optime faciunt parentes, si prima statim hora infantulum Deo, et angelo tutelari commendent! etc. — 2º *Per mundum* ambulat homo in vita sua, ubi angelus semper lateri ejus adheret, eumque contra pericula corporis et animæ custodit. Pericula corporis sunt morbi, vulnera, aliaque infortunia, quæ passim in aliis dolenter conspicimus. Pericula animæ sunt peccata, contra quæ angelus in tentationibus succurrit, eumque vel monitis excitat, vel minis etiam terret, [ne a via mandatorum recedat. — 3º *E mundo* exit homo per mortem, ubi angelus omnem conatum adhibet, ut morientem ab insidiis infernalis inimici, et a desperatione præservet. Etc. Tu, mi Christiane, in tribus his viis angelo monenti morem gere! cura solícite, ne illum unquam peccato in fugam agas; quia, ait S. Bernardus: *Væ nobis, si provocati peccatis indignos nos judicaverint præsentia sua!* Etc. (CLAUS, *Spicil. univ. index conc. in festo SS. angel.*) — De obsequiis quæ Angelus clienti præstat. *Angelus suis mandavit de te, ut custodiant te.* Sanctum angelum custodem ut tutorem intueor, qui pupillum orphanum, parentibus præmatura morte orbatum, enutriendum suscipit et adoptat. Sicut iste, ita et angelus innocentem animam recens natam in suam tutelam recipit. Cujus mandato? Dei Optimi, qui ex immensa benignitate cuilibet homini custodem assignat. Cum igitur angelus sit sapientissimus, utique sciet: cum sit potentissimus utique poterit: et cum sit sanctissimus, utique volet, profundissima cum humilitate mandato Dei obedientissime satisfacere, et animæ sibi commissæ omnia, quæ expedit, obsequia præstare. Quænam sunt hæc obsequia? Audiamus ex S. Bonaventura, et nostram gratitudinem discamus. 1º Angelus custos, dum munus hoc suscipit, ante omnia operam dat, ut innocens anima ab unguiculis in virtute semper, et meritis crescat; hunc in finem educatoribus, magistris, et instructoribus, saluberrima principia suggerit, juveni animæ inculcanda, v. g. de Deo amando super omnia, de obedientia præstanda pa-

hombres en general, es decir, á ilustrarles respecto del camino del cielo y á exhortarles á entrar y seguir por él hasta el fin, nuestros angeles custodios lo hacen por cada uno de nosotros. Tal es la enseñanza de los Santos Padres, y de San Lorenzo Justiniano en particular. « Los angeles, nos dice, no cesan de trabajar por nuestra salvacion, de todas las maneras posibles. Nos enseñan á obedecer á Dios, á someternos á nuestros superiores, amar la paz, á querer la humildad y ódiar todo lo que ellos saben ser opuesto á la virtud ¹. » San Atanasio llama igualmente á los angeles custodios « los preceptores de los mortales ; » es efectivamente el oficio de preceptores y de doctores que ellos cumplen cerca de áquellos cuya custodia les está confiada. Siempre nos están presentes, dice San Agus-

rentibus, de contemnendis mundi vanitatibus, de fine ultimo, ad quem creati sumus. Etc. — 2º Solicite vigilat ne cliens in peccatum cadat, maximum illud malum, de quo S. Blanca quotidie filiolo suo Ludovico in faciem edixit : Fili, malle te in feretro, quam in peccato videre ! Et ecce ! hoc principio horror peccati tam altas radices egit in corde regis Ludovici, ut per omnem vitam inter aulæ delicias, quod miraculo simillimum est, nunquam graviter peccaverit. — 3º Quod si infelix cliens in grave delictum inciderit, eheu ! luget, et tristatur angelus, atque laborem duplicat, ut miser per pœnitentiam cito cum Deo reconcilietur, ne multiplicando peccata in profundum veniat, et pereat. — 4º Id si impetraverit, continuo clientem spe præmii, et metu inferni æstimulat, ut in Dei gratia usque ad mortem perseveret. Etc. En ! hæc sunt obsequia, quæ tibi angelus tuus hucusque præstitit, et deinceps præstabit. Quæ nostra est vicissim obligatio ? Audi ! cum patriarcha Abraham ad mandatum Dei filium suum Isaac immolaturus erat, apprensus angelus manum et gladium ferientis cohibuit, et ita filium in vivis conservavit. Hæc enarrat Scriptura, non autem adjungit, qua gratitudine Isaac angelum conservatorem veneratus sit. Et quare non ? quia verbis describi non potest, quantum Isaac angelo debuerit, qui se totum debuit. Ita de te loquor, mi christiane. Forsan jam arderes in inferno, nisi hoc protectore fuisses præservatus. Igitur te totum debes, etc. (Id. loc. cit.).

1. De cast. conn. 3.

tin, nos ilustran con saludables inspiraciones ¹ ». Asi todo angel custodio puede decir á su protegido lo que el arcangel Gabriel decia á Daniel : *Hè aqui que hè bajado del cielo para inspirarte* ². En efecto, los angeles custodios dejan el cielo y vienen aquí bajo para estar cerca de nosotros, para ilustrarnos en todo, y llevarnos, segun las circunstancias, sea á menos preciar los pretendidos bienes de este mundo, sea para evitar el pecado, sea para amar á Dios y al prójimo de todo corazon, sea, por ultimo, para hacer todo lo que conduzca á aumentar nuestra perfeccion y asegurar nuestra salvacion. — En una palabra, hacen lo que respecto de los Reyes magos hizo el angel que les fué enviado, y que les advirtiò, que, despues de haber adorado al Salvador, volviésen por otro camino á su patria. De igual manera nuestros angeles custodios nos advierten que es preciso, sin duda, adorar con todo nuestro corazon á Nuestro Señor Jesucristo ; pero que esto no basta ; que es necesario además, para volver á la patria celestial, dejar el camino del pecado, y tomar el de la virtud y de las buenas obras ³.

1. Solil. c. 27. — 2. Dan. ix, 22.

3. Custodes angeli superbis viam humilitatis, avaris viam charitatis, omnibusque hominibus perfectionis et salutis viam inspirant, et ad hæc quæ inspirant adimplenda moment et sollicitant : « Non cessant sollicitare et assiduis suggestionibus monere. » S. Bernard. serm. 30 in Cant. cum Petrus catenis vinctus in carcere detineretur, misit Deus angelum suum, qui cœlesti lumine totum illustravit carcerem, in quo vinctus dormiebat apostolus, dixitque ei, ut fugeret : *Ecce angelus astitit, et lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri, excitavit eum, dicens : surge velociter*. Act. xii. Idem accidere solet cuilibet peccatori ; quamdiu enim homo in statu mortalis peccati vivit, tetrus criminum suorum catenis constringitur : *Funes peccatorum circumplexi sunt me*. Psalm. cxviii. Hic etiam in peccatis suis dormit : *Exurge, qui dormis*. Jamvero angelus custos peccatorem internis inspirationibus illuminat, eumque ad surgendum a peccato excitat ; et, ut loquitur doctor Seraphicus, « angelus custos peccatori, vinculis peccati compedito, in tenebris obnubilato, infundit aliquem radium suæ illuminationis et dicit ei : *surge velociter* » Sermon de S. Michael. Idem Seraphicus Bonaven-

I. — *Nuestros angeles custodios ofrècen á Dios nuestras buenas obras.* — Nuestros angeles buenos no se limitan á ilustrarnos en el bien que debemos hacer, y á sugerirnos las buenas obras que po-

tura ait, quod angelus custos, ut clientis sui Doctor, eum sic alloquatur (Ibid.): « Surge, miser, et considera ubi jaces, quomodo corruptisti tuam naturam, defœdasti pulchritudinem tuam, qua eras ad imaginem pulchritudinis æternæ factus; nam repulisti a te Spiritum sanctum, factus es dæmonum postribulum, privasti te æternis præmiis, obligasti te æternis suppliciis: *Surge igitur et redi ad pœnitentiam.* » O mirabilem Doctorem, qui peccatores de agendis et vitandis mirabiliter erudit! « Quando Agar fugiebat a facie Saræ dominæ suæ, occurrit ei angelus, qui eam hortatus est, ut ad dominam suam reverteretur: *Revertere ad dominam tuam.* Gen. xvi. Eodem modo se habet custos angelus erga clientem, qui a Deo per peccata recessit; angelus enim eum intus illuminat et erudit; ei peccati sui gravitatem revelat, illumque sollicitat ad resurgendum a peccato et ad revertendum ad Dominum, a quo discesserat; ei intus dicit angelus: *Revertere ad dominam tuam, converte te ad divinam sapientiam.* » D. Bonav. ibid. Cum homo per peccata sua a Deo fugit, angelus custos, ut prædicator et doctor, eum erudit, eique intus dicit: « Exurge qui dormis; vide, miser, quanta sit iniquitas tua, quanta sit malitia tua, quantave turpitudine tua. Considera, quis sit ille quem offendisti, quod sit bonum quod perdidisti, quodve sit malum quod contraxisti. Attende tibi misero et infelici, respice mortem quæ accelerat, iudicium quod appropinquat et infernum qui te expectat, si pravam tuam non derelinquas viam et si a peccato non resurgas. Quare, *ne tardes converti ad Dominum, sed celeriter revertere ad dominam tuam, converte te ad divinam sapientiam.* » Id. ibid. O eximium doctorem! O quam mirabiliter peccatores erudit! Insuper angeli custodes erudiunt etiam homines justos: eos enim patientiam, benignitatem, charitatem et omnes virtutes docent: eorumque mentes ad divina mysteria percipienda elevat: « Elevant mentem nostram et inflammant ad amorem æternorum. » Id. ibid. Certum est, quod angeli custodes maxime sollicitos se habeant de salute clientum suorum: « Nunquam quiescunt angeli in opere salutis nostræ: nimirum quia optime norunt, quanta res sit in æternum damnari. » D. Ber. serm. 29 in Cant. Hi pro nostra laborant salute, tum precibus

demos hacer. Cuándo, gracias á sus luces y á sus inspiraciones, hémos hecho algun bien, ellos se encargan tambien de ofrecerlo á

quas pro nobis Deo offerunt, tum peccandi occasionibus, quas a nobis avertunt. Et pro nostra potissimum laborant salute, erudiendo nos interius de vitandis et de agendis, nosque docendo viam salutis et perfectionis; unde quilibet custos angelus respectu alumni sui facere videtur, quod fecit angelus respectu sancti Joannis Evangelistæ, quem angelus in altum sustulit et cui ipse angelus paradisi gloriam ostendit: *Sustulit, inquit, me angelus in spiritu in montem magnum et altum et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem.* Apoc. xxi. Quilibet enim angelus clientem suum tollit in altum, illumque erudit interius, ut ad montem Dei et ad civitatem sanctam Jerusalem eum dirigat et perducat... Illos quidem non videmus doctores: ut illos intus loquentes audimus. O quoties audisti angelum tuum intus te monentem, ab bone operandum te excitantem: teque de agendis ut vitandis erudientem! Etc. (LASELVE, *Ann. apost. conc. de ang. cust. p. 1.*). — *Me duxit ut reduxit sanum.* Tob. xii. Sic nos angeli per hujus peregrinationis viam et vitam ducunt et reducunt sanos, hoc est, per vias sanitatis et incolumitatis animæ. Quod, Exod. iv, adumbratum est in angelo illo, qui populo Israel ducatum præbuit quousque eum per tot ambages et anfractus deserti quadraginta annorum spatio duxit et erexit, donec in terram promissionis introduceret illum, de quo Dominus ad Moysen, Exod. xxv: *Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te, et custodiat in via, et introducat in locum quem præparavit.* Angelus ergo Domini populum Dei ducebat per vastam illam solitudinem nactu columnam ignis, tanquam facem quandam præferendo, inter diu in columna nubis ducatum cum incedendum esset præstando, et contra æstum pro umbraculo, et metandorum castrorum quiescendi, vel indicio ministrando. Sic angelus noster custos in via vitæ hujus, qua pergimus in terram illam promissionis cœlestis patriæ, per horridam mundi hujus solitudinem perguntibus nobis præstat, sic nos eum salute animæ nos ducit atque reducit. Hac igitur ratione suggerunt nobis concilia salutaria, ut noxia vitemus et profutura sectemur, intellectum nostrum collustrant, voluntatem ad bonum movent, memoriam Dei excitant, cor ad divina inflammant, in dubiis docent, in periculis auxiliantur, in difficultatibus corroborant, et sic in reliquis auxilium nobis præ-

Dios para que lo acepte. — Es lo que enseñan estas palabras del arcángel Rafael á Tobias: *Cuando hacías tus oraciones y vertías tus lagrimas delante del Señor, le dice, y que, dejando tus comidas, ibas á recoger los cuerpos ensangrentados de tus hermanos para ocultarlos en tu casa y darles sepultura, era yo quién ofrecía á Dios tus suplicas y buenas obras*¹. El apóstol San Juan há también visto, en un extasis, á un ángel ofrecer á Dios las oraciones de los santos. *Vi, dice, á otro ángel que se puso delante del altar teniendo un incensario de oro; y le ofreció muchos aromas y perfumes compuestos con las oraciones de todos los santos, colocándolos en el altar de or que está delante del trono de Dios. El humo de los perfumes compuestos con las oraciones de los santos, se levantó de la mano del ángel hasta Dios*². Comentando esta vision, San Bernardo se expresa en estos terminos: « Son nuestros sudores y los suyos, son nuestras lagrimas y las tuyas, que nuestros ángeles ofrecen á Dios, cuyos favores nos traen en seguida³. » San Agustín dice del mismo modo, hablando de los ángeles dirigiéndose á Dios: « Señor, ellos llevan á vuestros pies nuestros gemidos y suspiros, á fin de obtener más facilmente de vuestra bondad nuestro perdón⁴. » La escala de Jacob que iba desde la tierra al cielo, y por la cuál subian y bajan muchos ángeles, nos representa de una manera sensible este ministerio de los espíritus celestes; los que subian eran los que llevaban á los pies de Dios nuestras limosnas, penitencias, lagrimas, oraciones y votos; los que bajaban representan á los que nos traen sus beneficios y sus dónes⁵.

bent, ut aliquando etiam corripiant, et interius reprehendant ac mimentur; sicut angelus ille fecit qui Balaam apparuit in via, evaginato ense comminatus ei mortem, nisi juxta Dei voluntatem iter illud aggrederetur. Num XXII. (LABAT. *Loci comm.* verb. *Angelus*, prop. 3.)

1. Tob. XII, 12. — 2. Apoc. VIII, 3 et 4. — 3. Serm. 1. de angelis. — 4. Soliloq. c. 7.

5. O quam felix esses, si spiritualibus oculis semel intueri posses, quomodo praveniunt principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistriarum. Videres procul dubio, qua cura intersunt

« Y no créais que sea ése un pequeño servicio de su parte. Porque, en nuestras manos, nuestras oraciones serian como alimentos servidos en plato sucio: provocarian el desagrado de Dios; mientras que en las puras manos de los ángeles, le son más agradables. Es por lo que, en el santo sacrificio de la misa, decimos á

cantantibus, assistunt orantibus, adsunt meditantibus; quomodo solliciti discurrunt inter nos et Deum medij, nostros gemitus fidelissime ad eum portantes, ipsiusque gratiam ad nos devotissime reportantes (S. AUG. *Solil.* c. 27). — « Angeli in conspectu Dei perferunt omnia bona nostra opera, non quod Deus, quem nullum latet secretum, ea non noverit, sed quia Deus vult, et ita ordinavit, ut ea, quæ ipse novit et amat, narrent, laudent et prædicent; ideo fortassis ut opera nostra sint in conspectu ejus accepta. » S. Bonav. De Cornelio viro religioso et Deum timente habetur in Actibus apostolorum, c. x, quod dixerit ei angelus: *Corneli, orationes tuæ et eleemosynæ ascenderunt in conspectu Dei.* Quomodo ascenderunt? Angelorum ministerio, qui orationes, eleemosynas, jejunia omniaque alia bona nostra opera Deo offerunt. « Angeli custodes, ait Petrus Cellensis, omnia bona opera nostra Deo præsentant. » Lib. 1. de *Tabern.* Addit Augustinus, angelos Deo preces et omnia bona opera nostra offerre, tillum nobis propitium reddent: « Angeli gemitus nostros, atque suspiria referunt ad Deum, non quidem quia Deus illa ignoret, sed ut impetrent nobis facilem suæ benignitatis propitiationem. » *Solil.* c. 27. Angeli, ut advocati de salute nostra plurimum solliciti, orationes nostras suis jungi optant, et quasi orationes eorum non sint satis efficaces ad obtinendam nobis a Deo gratiam et misericordiam, ad eum nostras etiam preces deferre et offerre cupiunt, ut mediantibus illis nobis propitium reddant; « nostras preces ad aures Dei adducunt, ait Anastasius Nyssenus, ut eum propitium reddant. » Ap. Suarez, de *Ang.* 6. 49. Nec tantum preces, etiam reliqua bona nostra opera Deo offerunt, ut eum ad nobis propitiandum inclinent; ipsumque suppliciter deprecantur, ut nobis qui has et alias preces fudimus et qui hæc et alia bona opera perfecimus, indulgere et salutis gratiam concedere dignetur... » Multum sane conari et satagere debemus ad bona opera faciendam, cum tales advocatos habeamus, qui statim ea referunt in conspectu Dei et scribunt in libro vitæ. » S. Bonav. (LASSELVE, loc. cit. p. 3).